Amore et ſtudio elucidande veritatis: hec ſubſcripta diſputabūtur Wittenberge. Preſidente R. P. Martino Lutther: Artiū et S. Theologie Magiſtro: eiuſdemqꝫ ibidem lectore Ordinario. Quare petit: vt qui non poſſunt verbis preſentes nobiſcū diſceptare: agant id literis abſentes. In noīe dn̄i noſtri hieſu chr̄i. Amē.

1 ¶ Dominus et magiſter nr̄ Jeſus chr̄s dicendo. Penitentiā agite. ⁊c̄. omnē vitam fideliū penitentiam eſſe voluit.

2 ¶ Qđ verbū de penitētia ſacramentali (id eſt confeſſiōis et ſatiſfactiōis que ſacerdotum miniſterio celebratur) non pōt intelligi.

3 ¶ Non tn̄ ſolam intendit interiorē: immo interior nulla eſt. niſi foris operetur varias carnis mortificationes.

4 ¶ Manet itaqꝫ pena donec manet odiū ſui (id eſt penitentia vera intus) ſcꝫ vſqꝫ ad introitum regni celoꝝ.

5 ¶ Papa nō vult nec pōt vllas penas remittere. p̄ter eas: quas arbitrio vel ſuo vel canonum impoſuit.

6 ¶ Papa nō pōt remittere vllā culpā niſi declarando et approbando remiſſam a deo. Aut certe remittendo caſus reſeruatos ſibi: quibꝰ ꝯtēptis culpa prorſus remaneret.

7 ¶ Nulli prorſus remittit deus culpā: quin ſimul eū ſubijciat: humiliatū in om̄ibus: ſacerdoti ſuo vicario.

8 ¶ Canones penitētiales ſolū viuētibus ſunt impoſiti. nihilqꝫ morituris ſm̄ eoſdem debet imponi.

9 ¶ Inde bn̄ nobis facit ſpūſſctūs in papa. excipiendo in ſuis decretis ſꝑ articulū mortis et neceſſitatis.

10 ¶ Indocte et male faciūt ſacerdotes ij: qui morituris pn̄ias canonicas in purgatorium reſeruant.

11 ¶ Zizania illa de mutanda pena Canonica in penam purgatorij. videnť certe dormientibus epiſcopis ſeminata.

12 ¶ Olim pene canonice nō poſt: ſed ante abſolutionem imponebantur: tanqꝫ tentamenta vere contritionis.

13 ¶ Morituri: ꝑ mortē omnia ſoluunt. et legibus canonū mortui iam ſunt habentes iure earum relaxationem.

14 ¶ Impꝑfecta ſanitas ſeu charitas morituri: neceſſario ſecūm fert magnū timorem: tantoqꝫ maiorem: quāto minor fuerit ipſa.

15 ¶ Hic timor et horror ſatis eſt. ſe ſolo (vt alea taceā) facere penā purgatorij: cum ſit ꝓximus deſperatiōis horrori.

16 ¶ Videnť infernus: purgatoriū: celum differre: ſicut deſperatio: ꝓpe deſperatio. ſecuritas differunt.

17 ¶ Neceſſariū videť aīabꝰ in purgatorio: ſicut minui horrorē. ita augeri charitatem.

18 ¶ Nec ꝓbatum videť vllis: aut rōnibus aut ſcripturis. ꝙ ſint extra ſtatum meriti ſeu agende charitatis.

19 ¶ Nec hoc ꝓbatū eſſe videť: ꝙ ſint de ſua btītudine certe et ſecure ſaltē oēs. licꝫ nos certiſſimi ſimus.

20 ¶ Igitur papa ꝑ remiſſionē plenariā oīm penaꝝ. nō ſimpliciter oīm. intelligit: ſed a ſeipſo tantūmodo impoſitaꝝ.

21 ¶ Errant itaqꝫ indulgētiarū p̄dicatores. ij: qui dicūt per pape indulgētias: hoīem ab om̄i pena ſolui et ſaluari.

22 ¶ Quin nullā remittit aīabus in purgatorio: quā in hac vita debuiſſent ſm̄ Canones ſoluere.

23 ¶ Si remiſſio vlla oīm oīno penaꝝ: pōt alicui dari. certū eſt eā nō niſi ꝑfectiſſimis. i. pauciſſimis dari.

24 ¶ Falli ob id neceſſe eſt: maiorē partē popłi: per indifferentē illā et magnificam pene ſolute ꝓmiſſionem.

25 ¶ Qualē ptātem hꝫ papa in purgatoriū gn̄aliter: talem hꝫ quilibet Epiſcopus et Curatus in ſua dioceſi et parochia ſpecialiter.

1 ¶ Optime facit papa: ꝙ nō ptāte clauis (quā nullā hꝫ) ſed per modū ſuffragij dat aīabus remiſſiouem.

2 ¶ Hoīem predicāt. qui ſtatim vt iactus nummus in ciſtam tinnierit: euolare dicunt animā.

3 ¶ Certū eſt. nūmo in ciſtā tinniente: augeri queſtū et auariciā poſſe. ſuffragium aūt ecclie: in arbitrio dei ſoliꝰ eſt.

4 ¶ Quis ſcit. ſi oēs aīe in purgatorio velint redimi. ſicut de. ſ. Seuerino et paſchali factū narratur.

5 ¶ Nullus eſt ſecurus de veritate ſue cōtritiōis. multominus de cōſecutione plenarie remiſſionis.

6 ¶ Q̄ rarꝰ eſt ỽe penitēs: tā rarꝰ eſt ỽe indulgētias redimēs. i. rariſſimꝰ

7 ¶ Dānabunť ineternū cū ſuis mgr̄is: qui ꝑ lr̄as veniaꝝ ſecuros ſeſe credunt de ſua ſalute.

8 ¶ Cauendi ſunt nimis: qui dicūt venias illas Pape: donū eſſe illud dei ineſtimabile: quo reconciliať homo deo.

9 ¶ Gratie eñ ille veniales: tantū reſpiciunt penas ſatiſfactiōis ſacramētalis ab homīe conſtitutas.

10 ¶ Non chriſtiana predicant: qui docent. ꝙ redemptoris aīas vel cōfeſſionalia: nō ſit neceſſaria contritio.

11 ¶ Quilibet chriſtianus vere cōpunctus: hꝫ remiſſionē plenariā: a pena et culpa. etiam ſine lr̄is veniaꝝ ſibi deditā.

12 ¶ Quilibet verus chriſtianus: ſiue viuus ſiue mortuꝰ: hꝫ participationē oīm bonoꝝ Chr̄i et Eccleſie. etiā ſine lr̄is veniaꝝ a deo ſibi datam.

13 ¶ Remiſſio tn̄ et participatio Pape: nullo mō eſt ꝯtemnēda. qꝛ (vt dixi) eſt declaratio remiſſionis diuine.

14 ¶ Difficilimū eſt: etiā doctiſſimis Theologꝭ ſimul extollere veniaꝝ largitatem: et contritiōis veritatē coram populo.

15 ¶ Contritionis veritas penas querit et amat. Veniaꝝ aūt largitas relaxat: et odiſſe facit ſaltem occaſione.

16 ¶ Caute ſunt venie apłice p̄dicande. ne populus falſe intelligat. eas p̄ferri ceteris bonis oꝑibus charitatis.

17 ¶ Docendi ſunt chriſtiani. ꝙ Pape mens nō eſt: redemptionē veniaꝝ vlla ex parte cōparandā eſſe oꝑibus miſericordie.

18 ¶ Docendi ſunt chriſtiani. ꝙ dans paupꝑi: aut mutuans egenti: meliꝰ facit: qꝫ ſi venias redimeret.

19 ¶ Quia ꝑ opus charitatis creſcit charitas: ⁊ fit hō melior. ſed ꝑ venias nō fit melior: ſed tm̄modo a pena liberior.

20 ¶ Docendi ſunt chr̄iani. ꝙ qui videt egenū: et neglecto eo. dat ꝓ venijs nō indulgētias Pape: ſed indignationē dei ſibi vendicat.

21 ¶ Docendi ſunt chr̄iani: ꝙ niſi ſuꝑfluis abundent: neceſſaria teneť domui ſue retinere: et nequaqꝫ ꝓpter venias effundere.

22 ¶ Docei d ſunt chriſtiani. ꝙ redemptio veniarū eſt libera: nō precepta.

23 ¶ Docēdi ſunt chr̄iani. ꝙ Papa ſicut magis eget: ita magis optat in venijs dandis ꝓ ſe deuotam orationem: qꝫ ꝓmptam pecuniam.

24 ¶ Docendi ſunt chriſtiani. ꝙ venie Pape ſunt vtiles: ſi non in eas confidant. Sed nocentiſſime: ſi timorem dei per eas amittant.

25 ¶ Docendi ſunt chr̄iani. ꝙ ſi Papa noſſet exactiones venialiū p̄dicatorum mallet Baſilicā. ſ. Petri in cineres ire: qꝫ edificari. cute carne ⁊ oſſibus ouium ſuaꝝ.

1 ¶ Docendi ſunt chr̄iani. ꝙ Papa ſicut debet ita vellet. etiam vendita (ſi opus ſit) Baſilica. ſ. Petri: de ſuis pecunijs dare illis: a quorum plurimis quidā cōcionatores veniaꝝ pecuniam eliciunt.

2 ¶ Vana eſt fiducia ſalutis ꝑ lr̄as veniaꝝ. etiā ſi Cōmiſſarius: immo Papa ipſe ſuā aīam ꝓ illis impigneraret.

3 ¶ Hoſtes chr̄i et Pape ſunt ij: qui ꝓpter venias p̄dicandas verbū dei in alijs eccleſijs penitus ſilere iubent.

4 ¶ Iniuria fit verbo dei: dū in codeꝫ ſermone: equale vel longius tēpus impenditur venijs qꝫ illi.

5 ¶ Mens Pape neceſſario eſt. ꝙ ſi venie (qđ minimum eſt) vna cāpana: vnis pompis: et ceremonijs celebranť. Euangelium (qđ maximū eſt) centū campanis: centū pompis: centū ceremonijs prediceť.

6 ¶ Theſauri ecclie vn̄ Papa dat indulgētias: neqꝫ ſatis noīati ſunt: neqꝫ cogniti apud ppłm chriſti.

7 ¶ Temporales certe nō eſſe patet. ꝙ nō tā facile eos ꝓfundūt: ſꝫ tm̄mō colligunt multi concionatoꝝ.

8 ¶ Nec ſunt merita Chr̄i et ſctōꝝ. qꝛ hec ſꝑ ſine Papa oꝑanť gr̄am hoīs interioris: et crucē: mortē: infernumqꝫ exterioris.

9 ¶ Theſauros ecclie. ſ. Laurētiꝰ dixit eſſe: paupꝑes ecclie. ſꝫ locutus eſt vſu vocabuli ſuo tꝑe.

10 ¶ Sine temeritate dicimꝰ claues ecclie (merito Chr̄i donatas) eſſe theſaurum iſtum.

11 ¶ Claꝝ eſt eñ. ꝙ ad remiſſionē penaꝝ et caſuū ſola ſufficit ptās Pape.

12 ¶ Verus theſaurus ecclie. eſt ſacroſctm̄ euāgelium glorie et gratie dei.

13 ¶ Hic autē eſt merito odioſiſſimus. qꝛ ex primis facit nouiſſimos.

14 ¶ Theſaurus aūt indulgentiaꝝ merito eſt gratiſſimus. qꝛ ex nouiſſimis facit primos

15 ¶ Igitur theſauri Euangelici rhetia ſunt: quibus olim piſcabanť viros diuitiarum.

16 ¶ Theſauri indulgentiaꝝ rhetia ſunt: q̄bus nūc piſcanť diuitias viroꝝ.

17 ¶ Indulgētie: quas cōcionatores vociferanť maxīas gr̄as. intelliguntť vere tales quoad queſtum ꝓmouendum.

18 ¶ Sunt tamen re vera minime ad gr̄am dei et crucis pietatē compate.

19 ¶ Teneť Ep̄i et Curati veniaꝝ apłicarū Cōmiſſarios cū om̄i reuerentia admittere.

20 ¶ Sed magis teneť oībus oculis intendere: oībus auribꝰ aduertere: ne ꝓ cōmiſſione Pape ſua illi ſomnia p̄dicent.

21 ¶ Cōtra veniaꝝ apłicaꝝ ỽitatē q̇ loquiť. ſit ille anathema ⁊ maledictꝰ.

22 ¶ Qui vero contra libidinē ac licentiā verborū Cōcionatoris veniarū curam agit: ſit ille benedictus.

23 ¶ Sicut Papa iuſte fulminat eos: qui in fraudem negocij veniarū quacunqꝫ arte machinantur.

24 ¶ Multomagis fulminare intendit eos: qui ꝑ veniarū pretextū in fraudem ſctē charitatis et veritatis machinanť.

25 ¶ Opinari venias papales tātas eſſe: vt ſoluere poſſint hoīeꝫ. etiā ſi q̇s ꝑ impoſſibile dei genitricē violaſſet. Eſt inſanire.

1 ¶ Diximus contra. ꝙ venie papales: nec minimū venialium pctōꝝ tollere poſſint quo ad culpam.

2 ¶ Qꝫ dr̄. nec ſi. ſ. Petrus modo Papa eſſet: maiores gr̄as donare poſſꝫ eſt blaſphemia in ſctm̄ Petrum et Papam.

3 ¶ Dicimus contra. ꝙ etiā iſte et quilibet papa maiores hꝫ. ſcꝫ Euangelium: virtutes: gr̄as curationū. ⁊c̄. vt. 1. Co. xij.

4 ¶ Dicere. Crucē armis papalibus inſigniter erectā: cruci chriſti equiualere: blaſphemia eſt.

5 ¶ Rationē reddent Ep̄i: Curati: et Theologi. Qui tales ſermōes in populum licere ſinunt.

6 ¶ Facit hec licētioſa veniaꝝ p̄dicatio. vt nec reuerentiā Pape facile ſit: etiā doctis virꝭ redimere a calūnijs aut certe argutꝭ q̄ſtiōibꝰ laicoꝝ.

7 ¶ Scꝫ. Cur Papa nō euacuat purgatoriū ꝓpter ſctiſſimā charitateꝫ et ſummā aīarū neceſſitatē: vt cām oīm iuſtiſſimā. Si infinitas aīas redimit ꝓpť pecuniā funeſtiſſimā ad ſtructurā Baſilice: vt cāꝫ leuiſſimā

8 ¶ Itē. Cur ꝑmanēt exequie et anniuerſaria defunctoꝝ: et nō reddit aut recipi ꝑmittit bn̄ficia ꝓ illis inſtituta. cū iā ſit iniuria ꝓ redēptꝭ orare

9 ¶ Itē. Que illa noua pietas Dei et Pape. ꝙ impio et inimico ꝓpter pecuniā ꝯcedūt: aīam piā et amicā dei redimere. Et tn̄ ꝓpter neceſſitatē ipſius met pie et dilecte anīe nō redimunt eā gratuita charitate.

10 ¶ Itē. Cur Canones pn̄iales re ipa et nō vſu: iā diu in ſemet abrogati ⁊ mortui: adhuc tn̄ pecunijs redimunť per ꝯceſſionē indulgētiaꝝ tanqꝫ viuaciſſimi.

11 ¶ Itē. Cur Papa cuiꝰ opes hodie ſunt opulētiſſimis craſſis craſſiores: nō de ſuis pecunijs magꝭ qꝫ paupꝑm fideliū ſtruit vnā tm̄mō Baſilicā ſancti Petri.

12 ¶ Item. Quid remittit aut participat Papa iis: qui ꝑ ꝯtritionē ꝑfectaꝫ ius habēt plenarie remiſſionis et participationis.

13 ¶ Item. Quid adderet ecclie boni maioris. Si Papa ſicut ſemel facit: ita cēties in die cuilibꝫ fideliū has remiſſiōes ⁊ pticipatiōes tribuēt.

14 ¶ Ex quo Papa ſalutē querit aīaꝝ: ꝑ venias magꝭ qꝫ pecunias. Cur ſuſpendit lr̄as et venias iam olim ꝯceſſas: cū ſint eque efficaces.

15 ¶ Hec ſcrupuloſiſſima laicoꝝ argumēta: ſola ptāte ꝯpeſcere: nec reddita ratione diluere. Eſt ecclīam ⁊ Papā hoſtibꝰ ridendos exponere et infelices chriſtianos facere.

16 ¶ Si ergo venie ſm̄ ſpiritū et mentē Pape p̄dicarētur. facile illa om̄ia ſoluerenť: immo nō eſſent.

17 ¶ Valeāt itaqꝫ oēs illi ꝓphe: q̇ dicūt pplo Chr̄i. Pax pax. et nō eſt pax.

18 ¶ Bn̄ agāt oēs illi ꝓphe: q̇ dicūt pplo Chr̄i. Crux crux. et non eſt crux.

19 ¶ Exhortandi ſunt Chriſtiani: vt caput ſuū chr̄m per penas: mortes: infernoſqꝫ ſequi ſtudeant.

20 ¶ Ac ſi magis ꝑ multas tribulatiōes intrare celū: qꝫ ꝑ ſecuritatē pacis confidant.

M.D.xvij.

1517